

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 26.
Pagine 1021-1058.

Dominica iv. quadragesime.
Ebdomada iv. quadragesime.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMIX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through.pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2009.

Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2009.

[Dominica quarta quadragesime.]

1. **A.** **¶** Dominica 4. xl. tota dicitur hystoria.
Feria 4. et sabbato dicitur **R̄**. feriale.
Feria 3. memoria de sanctis [Perpetua et Felicitate]¹ ad 2. vespas et ad matutinas de sancta Maria.
2. **A.** **¶** Dominica 4. xl. tota dicitur hystoria et festum sancti Gregorii differatur in crastinum. Ad vespas que erunt de festo fiat solennis memoria de dominica.
Feria 5. dicitur **R̄**. feriale.
Sabbato de sancto Edvardo. Cap. *Beátus vir qui in sapiéntia.* [680].
3. **A.** **¶** Dominica 4. xl. tota dicitur hystoria. Ad 1. vespas fiat memoria de sancto Edvardo. Ad 2. vespas que erunt de sancto Cuthberto fiat memoria de dominica.
In 6. feria dicitur **R̄**. feriale.
Sabbato de annunciatione, vespere erunt de dominica licet festum loci fuerit et memoria tantum de festo.
4. **A.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali. Ad 1. vespas que erunt de annunciatione fiat solennis memoria de dominica.
Feria 4. et sabbato dicitur **R̄**. feriale.
5. **A.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de sancto Richardo, et memoria de dominica.
Feria 6. dicitur **R̄**. feriale.
1. **B.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et in 4. feria dicitur **R̄**. feriale.
Sabbato de sancto Gregorio. Cap. *Ecce Sacérdos.* [791].
2. **B.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali. Ad 1. vespas que erunt de festo [S. [106v.] Gregorii]² fiat solennis memoria de dominica et in 4. feria dicitur **R̄**. feriale.
Feria 6. de sancto Edvardo. Cap. *Beátus vir qui in sapiéntia.* [680].
3. **B.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et festum sancti Cuthberti differatur in 3. feriam et [in] sabbato dicitur **R̄**. feriale.
4. **B.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali, tota cantetur hystoria et in 4. feria dicitur **R̄**. feriale et in sabbato.
5. **B.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et festum sancti Richardi differatur usque in 3. feriam. 2. vespere erunt de sancto Ambrosio, et solennis memoria de dominica, et in 6. feria dicitur **R̄**. feriale.
1. **C.** **¶** Dominica 4. xl. tota dicitur hystoria et nichil de virginibus [Perpetua et B-26.

Felicitate]³ nisi memoria ad matutinas et ad vespas de sancta Maria.

Feria 4. dicuntur ℞. ferialia.

2. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. tota dicitur hystoria et in 4. feria dicitur ℞. feriale.
3. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. tota dicitur hystoria et festum sancti Benedicti differatur in crastinum et in 6. feria dicitur ℞. feriale.
4. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. tota dicitur hystoria.
Feria 4. dicitur ℞. feriale.
5. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. tota dicitur hystoria. 2. vespere erunt de festo [S. Ambrosii]⁴ cum pleno servitio in crastino.
In 5. feria dicitur ℞. feriale.
1. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et festum sancti David differatur usque ad 3. feriam.
Feria 2. et 3. de festis [Cedde et David]⁵ ix. lectionum. Omnia de communi unius confessoris et pontificis, et in 6. feria dicitur ℞. feriale.
2. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali.
Feria 4. dicitur ℞. feriale.
3. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali.
In 5. feria dicitur ℞. feriale.
Feria 4. Cap. *Beátus vir qui in sapiéntia*. [68o].
4. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et in 5. feria dicitur ℞. feriale.
5. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et in 4. feria dicitur ℞. feriale.
Sabbato de sancto Ambrosio. 2. vespere erunt de dominica et memoria de festo.
1. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et festum [S.] Cedde differatur in crastinum.
Feria 2. de sancto Cedda, ix. lectionum. Omnia de communi unius confessoris et pontificis, et in 5. feria dicitur ℞. feriale.
2. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et in 5. feria dicitur ℞. feriale.
3. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et in sabbato dicitur ℞. feriale.
Feria 3. Cap. *Beátus vir qui in sapiéntia*. [68o].
4. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et in 5. feria dicitur ℞. feriale.
5. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et in 4. feria dicitur ℞. feriale.
1. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali.
Feria 4. et sabbato dicitur ℞. feriale.
2. **℄**. **⦿** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et in 5. feria dicitur ℞. feriale.

3. **℟.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali. Vespere erunt de festo [Edwardi regis et martyris].⁶ Cap. *Beátus vir qui in sapiéntia*. [680]. et in sabbato dicitur **℟.** feriale.
4. **℟.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de festo annunciationis et solennis memoria de dominica.
Feria 5. dicitur **℟.** feriale.
5. **℟.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali.
Feria 6. dicitur **℟.** feriale.
1. **℟.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali.
Feria 4. et sabbato dicitur **℟.** feriale.
2. **℟.** **¶** Dominica iv. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de festo [S. Gregorii]⁷ et solennis memoria de dominica.
In 5. feria dicitur **℟.** feriale.
3. **℟.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de festo [S. Edwardi]⁸ et solennis memoria de dominica.
In sabbato dicitur **℟.** feriale.
4. **℟.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali. Festum annunciationis differatur in crastinum nisi fuerit festum loci : et 2. vespere erunt de annunciatione et solennis memoria de dominica.
Feria 5. dicitur **℟.** feriale.
5. **℟.** **¶** Dominica 4. xl. de servitio dominicali et in 6. feria dicitur **℟.** feriale.

¶ *Dominica quarta quadragesime.*

Ad [j.] vesperas.

Ant. Benedictus. [351].

Ps. Ipsum. (cxlíj.) [351].

Capitulum. (Gala. iv. [22.])

§ Criptum est quóniam Abraham
duos filios hábuit, unum de
ancílla et unum de líbera : sed qui de

ancílla secúndum carnem natus est,
qui autem de líbera per repro-
missiónem.

℞. Audi Israel. ix. 1037.

Hymnus. Ecce tempus. 970.

℣. Angelis suis. 861.

AS:181; 1519:172r; 1531:106v.

3873. Ant.
VIII.i.

Emo * te condemná-vit mú- li- er ? Nemo Dómi-ne,
Nec e-go te condemná- bo : jam ámpli- us no-li peccá-re.

Ps. Magnícat. 69*.

Oratio.

¶ Oncéde quésumus omnipotens
Deus : ut qui ex mérito nostre
actiónis affligimur, tue grátie conso-

latiónem respirémus. Per Dóminum
nostrum.

¶ *Ad matutinas.*

AS:182; 1519:172r; 1531:106v.⁹

Invit.
VII.i.




1113.

Opu- lus * Dó- mi- ni et o- ves páscu- e




e- jus. †Ve- ní- te a- do- ré- mus De- um.




Ps. Ve- ní- te. 41*.

[*Et finiatur sic primus versus, tertius et quintus.*



Ju- bi- lé- mus e- i.

[*Secundus, quartus et sextus versus sic finiantur.*]¹⁰



Ip- se cónspi- cit.

Hymnus. Clarum decus. 975.

¶ *In primo nocturno.*

Ant. Servíte. [12].

Ps. Beátus vir qui non. (j.) [12].

℣. Dicit Dómino. 868.

¶ *Hac die incipiatur Exodus : et legatur per ebdomadam usque ad finem quando de*

temporali agitur.

Lectio prima. (Exodi j. [1.])

Ec sunt nómina filiórum Israel qui ingressi sunt in Egýptum cum Jacob sínguli cum dómibus suis introiérunt. Ruben, Sýmeon, Levi, Juda, Ysachar, Zábulon, et Bénjamin, Dan, et Néptalim, Gad et Aser. Erant ígitur omnes ánime eórum qui egréssi sunt de femóre Jacob : septuagínta

quinque. Joseph autem in Egýpto erat. Quo mórtuo et univérsis frátribus ejus, omníque cognatióne sua : filii Israel crevérunt et quasi germinántes multiplicáti sunt ac roboráti nimis implevérunt terram. Tu autem Dómine miserére [nostri].¹¹

AS:182; 1519:172v; 1531:106v.¹²

1. Resp.
IV.

7098. **E**c sunt nómina filiórum Israel qui ingressi sunt in Egýptum cum Jacob sínguli cum dómibus suis introiérunt. Ruben, Sýmeon, Levi, Juda, Ysachar, Zábulon, et Bénjamin, Dan, et Néptalim, Gad et Aser. Erant ígitur omnes ánime eórum qui egréssi sunt de femóre Jacob : septuagínta

O-cú-tus est * Dó-mi-nus ad Mó-y-sen di-

cens, Descénde in E-gýp-tum dic Pha-ra-ó- ni ut

dimít-tat pó- pu-lum me- um. †Indu-rá-tum est cor

Pha- ra-ó- nis : non vult dimítte- re pó- pu- lum ni-si

7098a. in ma- nu for- ti. ✎ Vi-dens vi-di afflic-ti-ó-

Dominica iiij. quadragesime.



nem pópuli me- i qui est in Egýpto, et gémi-tum e- jus au-
 dí- vi : et descé-ndi li-be- rá-re e- um. †Indu-rá-tum.


Lectio secunda. [Exod. j. 8.]

Surréxit intérea rex novus super
 Egýptum qui ignorábat Joseph :
 et ait ad pópulum suum, Ecce
 pópulus filiórum Israel multus, et
 fórtior nobis est. Veníte sapié-nter

opprimámus eum ne forte mul-
 tiplicétur : et si ingrúerit contra nos
 bellum, addátur inimícis nostris,
 expugnatísque nobis egrediátur de
 terra.

AS:182; 1519:172v; 1531:106v.


2. Resp.
 VIII.

Te- tit Mó-y-ses * co- ram Pha-ra- ó- ne, et
 dix- it, Hec di- cit Dó-mi- nus. †Dimít- te pópul-um
 me- um ut sa- crí- fi- cet mi- chi in de- sér- to.
 ✠. Dómi- nus De- us Hebre- ó- rum mi- sit me ad te :

7708.

7708a.









Lectio tertia. [Exod. j. ii.]

Repósuit eis itaque magistros
óperum : ut afflígerent eos oné-
ribus. Edificaverúntque urbes taber-
nacu-lórum Pharaóni : Phytón et Ra-
més-ses. Quantóque opprimebántur :
tanto magis multiplicabántur et

crescébant. Oderántque filios Israel
Egýptii et affligébant illudéntes eis,
atque ad amaritúdinem perducébant [107r.]
vitam eórum : opéribus duris luti et
láteris, omníque famulátu quo in terre
opéribus premebántur. Tu autem.

AS:183; 1519:173r; 1531:107r.¹³





†De-dux-ís-ti.

℣. Glória. 93*. ‡In manu.

¶ *In ij. nocturno.*

Ant. Bonórum meórum. [25].

Ps. Consérva. (xv.) [25].

℣. Ipse liberávit me. 872.

¶ *Medie lectiones de sermone beati Johannis episcopi.*

Lectio quarta.

§ Tabat Moyses in monte¹⁴ : non armis sed précibus pugnatúrus. Stabat exténsis ad celum mánibus, devóto orans afféctu : non de terra sed de celo auxiliúm postulábat. Pugnábat cum hóstibus absens, cum extérnis sine bello decértat : ut quem loci diversitas ab inimícis sejúnxerat, oratiónis effectus bellatórem présentem hóstibus exhiberet. Fit Móyse oránte pugna occúlta : sed manifésta victória. Laténter dímicat : ut evidénter devíncat. Solus orat : ut multi salvéntur. Stabat Móyses in monte, jam próximus celo : jam vicínus sydéribus. Et quanto eum sublímitas mentis extúlerat : tanto orátio Deo próximum exhibébat. Fit Móyse oránte victória, cessánte mestítia : poténtior hostis efficitur justí córpore fatigáto. Désinit Israel

víncere Móyse desisténte in prece : ut dum diversa pópulis exhibéntur, oratiónis nobis poténtia monstrarétur. Dénique tándiu ista diversitas váluit : quámdui jugis orátio défuit. Perseveránte prece : perseverans victória roborátur. Jam géritur pugna cum hoste : jam Amalech précibus debellátur. Commendátur Hebreórum pópulus Deo : quem hóstilis imánitas provocárat ad bellum. Orátio in ultiónem inimíci dirígitur : cujus scélera jam intéritum provocábant. Ne dum Móysi orátio circa victórie effectus minus váleret, inimíci virtus in pópulum Dei poténtior esset : non jam celéste sed humánum certámen ab ómnibus putarétur. Quis enim justórum non orándo pugnávit, quis non hostem orándo dévicit ? Oratióne Daniéli visa pandúntur :

sopiuntur flamme, fere hebetescunt.¹⁵
 Cadunt hostes : inimici vincuntur.
 Quantoque enim purior frequen-
 tiorque fuerit celebrata oratio : tanto
 celerior veniet inimico vindicta. Licet
 colloqui cum Deo orando, licet cum
 eo fabulari cum velis, licet precibus


mercari quod optas : et quamvis
 vocem ejus audire non possis, tamen
 dum id quod desideras accipis, collo-
 qui tecum et si non verbis tamen
 beneficiis dignatur. Tu autem
 Domine.

AS:183; 1519:173r; 1531:107r.¹⁶


7481. 4. Resp.
 VII.



U*i* perseque-bán-tur * popu- lum tu- um Dó-



mi- ne de- mersís- ti e- os in pro- fúndum.



†Et in co-lúm-na nu- bis ductor e-ó- rum fu-ís-


7481a.



ti Dómi- ne. ✠. Exclama-vé- runt fí-li- i Isra- el



in angústi- is su- is ad Dómi- num : et mi-sit e- is



salva- tó- rem. †Et.

Lectio quinta.

QUOD factum est (inquit) cum leváret manus Móyses : prevalébat Israel. Ubi autem summiserat manus : invalescébat Amalech. Bellum Christiánis indíctum hoc exémplo monstrátur : et belli efféctus oratiónis instántia apéritur. Orat enim Móyses et vincit : cessat et víncitur. Dídicit Christiánus quod gerat : invénit quod fúgiat. Dídicit inquam unde aut vincátur aut vincat : quamvis instántius Christiáno orándum sit, quia et preliátor hostis est, et pro seípso non pro áltero pugnat. Móyses enim et contra hóminem et pro áliis orádo pugnábat : Christiánus vero et pro seípso et contra diábolum pugnat. Nec quisquam póterit excusári qui hostem víncere nóluit : dum orádo cessávit. Et tamen in Móyse corpus deficiébat : non volúntas aliquádo cessábat. Si ergo fragilitátis causa in Móyse excusári non pótuít : quemádmódu in nobis volúntas póterit excusári ? Unde appáret vires hosti illum dare qui cessat : et sese ei subjícere qui non orat. Quod totum est odísse sua, dilígere aliéna, sibi ipsum hostem exístere : dum contra hostem nóluit júgiter exoráre. Hostis enim dum oras prémitur : dum cessas erígatur. Injúriam nobis ab hómine non-

núnquam illátam impatiénter (quod non licet) férimus : et majórem contuméliam in illum qui íntulit revocámus. Tu contuméliam a te tibi illátam quómodo póteris vindicáre, qui ab álío illátam non potes sustinére ? Aut tu in te ultióne cui mandábis, cum contra teípsum hostem érigis, [107v.] dum eum in te non orádo admíttis ? Orátio jugis : infirmitas est hostis. Céterum ipse contra se tela ministrat : qui hostem precum instántia non fátigat. Quare oratiónis instántia, hostis sevítia debellétur : non resúmat vires dum párcimus, non erigátur dum aliquádo cessámus. Opórtet inquit semper oráre : et non defícere. Dum opórtet dicit : necessitátem indúcit. Necéssitas autem tanta vi astríngitur : ut quod necesse est, étiam si nolis, preteríre non possis. Dénique manducándi, bibéndi, vestiéndi, necéssitas a natúra illáta preteríri non potest : sine quibus geri vita ista non póterit. Aut pretermítte ista et vive : sine quibus vívere non potes si pretermíttis. Igitur si ista pretermítti non possunt sine quibus vita ista non potest celebrári : quemádmódu tutus ab hoste esse póterit, qui quod opórtet semper oráre contémpsit ? Péttite (inquit Dóminus :) et dábitur vobis. Optat

dare : qui précipit pétere. Beneficia
ingerit : qui poscendi hortaménta
exprómit. Cupit largíri : qui a se
desíderat postulári. Ille suádet qui
prestat, ille hortátur qui donat.
Occasiónes ille dandi exquírit : qui

beneficia tribúere consuévít. Péte
inquit quod vultis, et fáciam :
postuláte quod desiderátis, et
cómpleam. Talem me sentiétis in
dando : qualem nunc promitténdo
conspícitis. Tu autem.

AS:183; 1519:173v; 1531:107v.¹⁷

5. Resp.
VIII.

6270.  Anté- mus * Dómi- no, glo-ri- ó- se e-nim
hono-ri- fi-cá- tus est, equum et ascensó- rem
pro-jé- cit in ma- re. †Adjú- tor et pro-téc- tor fac-
6270a. tus est michi Dó-mi-nus in sa- lú- tem. ✠. Cur-
rus Pha-ra- ó-nis et ex-érci-tum e- jus pró-je- cit
in ma- re. †Adjú- tor.


Lectio sexta.

Magna felicitas est hómini : si beneficiis respónderit Creatóris. Habe fidúciam Christiáne ut petas, pete quod desíderas ut accípias : si tamen te actus indígnum non fáciant, si facta que vocáris osténdant. Deus enim tibi et peténdi fidúciam tríbuit : et voluntátem dandi se habére osténdit. Céterum cessant beneficia : ubi mala non cessáverint facta. Tunc enim tribúitur quod optátur : si bonos actus morum próbitas imitétur. Ipse se amábilem facit : qui causas quibus obsequátur inquirit. Céterum ódio dignus est : qui áliud quam profitétur exércet. Si peccatórem se quíspiam novit : damnet vícia, delícta hórreat, peccáre desístat. Plus enim Deus uníus peniténtia commovétur : quam multórum justórum mérito delectátur. Sic erit gáudium in celo (inquit) super uno peccatóre peniténtiam agénte : quam super nonagintánóvem justis quibus non est opus peniténtia. Nemo ad eum flens aliquándo accéssit : qui non quod

postulávit accépit. Nullus ab eo beneficia dolénter optávit : qui non impetráret quod vóluit. Ipse est enim qui consolátur flentes, doléntes curat : peniténtes infórmát. Detestáre peccáta : si officia peniténtis invádis. Aut si peccáre te deléctat, quare peniténtiam quam profitéris infámas ? Contumácie crimen est quod óderis fácere : quod damnáveris velle, quod horrúeris exércere. Amáre probátur, qui quod odit exércet : et odísse vicíssim quod se amáre mentítur. Neque enim póterit excusári : cujus verba áliud sonant, et áliud facta démonstrant. Dóleat peccátor áliud se esse quam fúerat : lavet láchrymis, quod delíctis infécit : curet flétibus, quod peccándo vexávit : gémitu purget, quod contemnéndó commísit. Si pénitet, córrige : si dolet quiesce. Curet peniténdó quod fecit, ut possit recuperáre quod amísit : prestánte Dómino nostro Jesu Christo. Tu autem Dómine.

AS:184; 1519:173v; 1531:107v.¹⁸

6. Resp.
VIII.




O-y-ses * fá- mu-lus Dó-mi- ni je-ju-ná- vit

7183.




quadra-ginta di-é- bus et quadra-ginta nócti- bus. †Ut



le- gem Dó- mi-ni me-re-ré- tur ac- cí-pe- re.

7183a.



∞. Ascéndit Mó-y-ses in montem Sý-na- i. †Ut.

∞. Glória. 95*. †Ut.

¶ *In iiij. nocturno.*

Ant. Precéptum Dómini. [34].

Ps. Celi enarrant. (xviiij.) [34].

∞. Scápulis suis. 876.

[*Evangelium*] ¹⁹ *Secundum Johannem, vj.* [1-14.]



IN illo témpore. Abiit Jesus trans mare Galilée quod est Tiberiádis, et sequebátur eum multitúdo magna :

quia vidébant signa que faciébat super his qui infirmabántur. Et reliqua.

Omelia venerabilis Bede presbiteri.

(22. lib. 1.)²⁰

[108r.]

Qui signa et mirácula Dómini ac Salvatóris recte cum legunt vel

áudiunt accípiunt : non tam in his quid foris stúpeant atténdunt, quam quid horum exémplo intus ágere, quid ipsi in his mýsticum perpéndere débeant inspíciunt. Ecce étenim propinquánte pascha die festo Judeórum : sequéntem se multitúdinem Dóminus verbo salutis páriter et ópere curatiónis erigébat. Nam (sicut álius evangelísta scribit) loquebátur illis de regno Dei : et eos qui cura indigébant sanábat. Tu.

AS:184; 1519:174r; 1531:108r.²¹

7. Resp.
VIII.



Plén-di-da * facta est fá- ci- es Mó- y-si dum

aspí- ce-ret in e-um Dó-mi- nus. †Vi-dén-tes se-ni-

ó- res cla-ri- tá-tem vul- tuse- jus : admi-rántes

ti-mu-é-runt val- de. ✠. Descéndit Mó-y-ses de monte,

portans du- as tá-bu- las la- pí- de- as in má- ni- bus su- is :

scriptas utrásque dí- gi- to De- i. †Vi- den- tes.

7695.

7695a.

Lectio octava.

EAdem étiam doctrína et sanatióne compléta : paucis de cibáriis eos abundantissime refécit. Nos ergo fratres charíssimi exémplo hujus facti, propinquánte pascha die festo nostre redemptiónis, adjúncta

fratrum catérva Dóminum toto corde sequámur : quo actiónum itínere ingrédus sit diligentissime contem- plémur, ut vestígia ejus sequi mereámur. Qui enim dicit se in ipso manére : debet sicut ille ambulávit et

ipse ambuláre. Quicquid in nobis
imperítie nocéntis inesse deprehen-

dérimus : crebra verbi illius auditióne
tergámus. Tu.

AS:184; 1519:174r; 1531:108r.²²

6598. 8. Resp. IV.



EC-ce mitto * án-ge-lum me- um qui pre-cé-det
me- am : et i-nimí-cus e-ro i-ni- mí- cis tu- is,
et affli-géntes te af-flí- gam, et pre-cé-det te ánge-
6598a. lus me- us. ✠ Isra-el si me audi- é- ris, non e-rit in
te de-us re-cens : neque a-do-rá-bis de-um a-li- é-

Lectio nona.

Quid vicij tentantis morbi videlicet spiritalis nos interiorius vastare senserimus : solite pietatis illius munere postulemus emundari. Sed etsi ei unitos nos celestis vite dulcedine conspexerimus, ejus gratiam flagitemus ut necessarie nos compunctionis et ceterarum virtutum spiritalium donis satiare dignetur : quatenus tempore sacrosancte resur-

rectionis illius, interiorius exteriorisque decenter ornati, sacramenta nostre salutis puro corde simul et ore sumamus. Verum quia breviter ista prelibavimus, libet diligentius totam sacre seriem lectionis intueri : et quicquid in ea mysticum indagare valuerimus, vestre pandere charitati. Tu autem.

AS:185; 1519:174v; 1531:108r.²³

9. Resp.

II.



U-di Is-ra-el * pre-cepta Do-mi-ni : et

e-a in cor-de tu-o qua-si in libro scri-be.

†Et da-bo ti-bi ter-ram flu-entem lac et mel.

℣. Ob-sér-va í-gi-tur et audi vo-cem me-am : et i-ni-

mí-cus e-ro i-ni- mí-cis tu- is. †Et da-bo.

℣. Glória. 93*. †Et.

6143.

6143b.

☩ *Feriale responsorium.*

AS:185; 1519:175r; 1531:108r.²⁴

6138.

Resp.
VIII.



T-téndi-te * pópu-le me-us le- gem me-

am. †Incli- ná-te aures vestras in ver- ba

6138a.

o- ris me- i. ☩. Apé-ri- am in pa- rá- bo- lis

os me- um : loquar propo- si- ti- ónes ab i- ní- ti- o

sé- cu- li. †Incli- ná-te.

☩. Glória Patri. 95*. †Inclináte aures.

Hoc predictum responsorium feriale erit tertium, quotiens dicitur de iiij. nocturno per ebdomadam quando de temporalibus dicitur.


[*Ante laudes.*]

☩. Ipse liberávit me. 872.

¶ *In laudibus.*


AS:185; 1519:185r; 1531:108r.²⁵

1. Ant.
VII.i.




5236.

Unc acceptá- bis * sacri-fí-ci- um justí-ti- e :



si a-verte-ris fá-ci-em tu-am a peccá-tis me-is.



Ps. Miserére. (l.) [173].

AS:186; 1519:175r; 1531:108r.²⁶

2. Ant.
VIII.i.



1745.

Onum est * spe-rá-re in Dó-mi-no : quam spe-rá-



re in princí-pi-bus. *Ps. Confitémini. (cxvij.)* [95].


AS:186; 1519:175r; 1531:108r.

3. Ant.
II.i.



1690.


E-ne-dí-cat nos * De-us De-us noster : be-ne-



dí-cat nos De-us. *Ps. Deus Deus meus. (lxij.)* [47].

AS:186; 1519:175r; 1531:108r.


4347. 4. Ant.
VIII.i.



D O-tens es * Dó-mi-ne e-rí-pe-re nos de ma-nu mor-
tis, li-be-rá-re nos De-us noster. *Ps.* Benedícite.
(*Daniel. iiij.*) [48].

AS:186; 1519:175v; 1531:108r.

4593. 5. Ant.
I.iv.



R Eges terre * et omnes pópu-li laudá-te De-um.
Ps. Laudáte Dóminum. (*cxlviij.-cl.*) [49].


Capitulum. Scriptum est. 1024.

Hymnus. Jesu quadragenárie. 997.


Ÿ. Scuto circúndabit [te véritas ejus].²⁷ 884.

AS:186; 1519:175v; 1531:108r.²⁸


1208. Ant
I.v.



A - bi- it Je- sus * trans ma-re Ga-li-lé- e, et se-
que-bá-tur e- um mul-ti-tú-do mag-na : qui- a vi-dé- bant



signa que fa-ci-é-bat, e-rat autem pró-ximum pascha



di-es festus Ju-de-ó-rum. *Ps.* Benedíctus. 52*.

Oratio. Concéde quésumus. 1024

¶ *Ad primam.*

AS:186; 1519:175v; 1531:108r.²⁹




5044.



Ubi- it * ergo Je-sus in montem, et i-bi se-dé-bat



cum discí-pu-lis su-is : e-rat autem pró-ximum pascha




di-es festis Ju-de-ó-rum. *Ps.* Deus Deus meus réspice.

(xxj.) [91].

¶ *Ad tertiam.*

AS:187; 1519:175v; 1531:108r.³⁰



1217.



C-cé-pit ergo * Je-sus pa-nes, et cum grá-ti- as



e- gis- set, distri- bu- it discumbé-nti- bus : simí- li- ter et ex



písci- bus quantum vo- lé- bant. *Ps.* Legem pone. (cxviiij. 33.)

[132].

Capitulum. Scriptum est. 1024.


R̄. et V̄. sicut in proximo dominica precedente ad omnes horas dicantur. 1000.

¶ *Ad sextam.*

AS:187; 1519:176r; 1531:108r.³¹

2117.


Ant.
Ii.



E quinque pá- ni- bus * et du- óbus písci- bus :



sa- ti- á- vit Dómi- nus quinque mí- li- a hómi- num.



Ps. Defécit. (cxviiij. 8I.) [141].


Capitulum. (*Gala. iv.* [27.])

| | |
|---|---|
| <p>L Etáre stérilis que non paris, erúmpe et clama que non</p> | <p>párturis : quia multi filii desérte magis quam ejus que habet virum.</p> |
|---|---|

¶ *Ad nonam.*

AS:187; 1519:176r; 1531:108r.

Ant.
IV.v.



4818.

A-ti- á-vit Dómi-nus * quinque mí-li- a hómi-num :



de quinque pá-ni-bus et du-óbus písci-bus. *Ps. Mirabilia.* [108v.]
(cxviiij. 129.) [150].

Capitulum. (*Gala. iv.* [28].)

¶ Os autem fratres³² secúndum
Isaac promissionis filii sumus :
et quómo- do tunc is qui secúndum
carnem natus fúerat, persequébatur

eum qui secúndum Spíritum, ita et
nunc : sed quid dicit scriptúra ? Ejice
ancíllam et filium ejus.

¶ *Ad vesperas.*


Ant. Sede a dextris. [311].

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311].

Capitulum. Scriptum est. 1024.

AS:187; 1519:176r; 1531:108v.³³


Resp.
I.



6032.


Ddú-xit

Chorus prosequatur totum R̄.




* e-os Dó-mi- nus in forti- tú- di- ne mag- na : ci- bá-

Dominica iij. quadragesime.



vit e-os nas-cén-ti-is agró-rum. †Sux-é-runt mel



de pe-tra : et ó-le-um de firma pe-tra.


Clericus.




∞. Ci-bá-vit e-os ex á-di-pe frumén-ti : et de petra



mel-le sa-tu-rá-vit e-os. †Sux-é-runt. ∞. Gló-ri-



a Pa-tri et Fí-li-o : et Spi-rí-tu-i Sanc-to.



Addú-xit.

Hoc ∞. dicatur quotidie ad vespervas usque ad passionem Domini cum de feria agitur.

Hymnus. Ecce tempus.³⁴ 970.

∞. Angelis suis [Deus mandávit de te].³⁵ 861.

Dominica iiij. quadragesime.

AS:187; 1519:176v; 1531:108v.³⁶


Ant.
I.vi.



L-li hómi- nes * cum signum vi- díssent quod fac-



tum fú-e-rat : glo-ri-fi-cá-bant De-um et di-cé-bant



qui- a hic est Sal-vá-tor mundi. *Ps. Magnificat. 53**.

Oratio. Concéde quésumus. 1024.

3177.

[*Feria secunda.*]

¶ *Feria ij. et quotidie per ebdomadam dicuntur V̄. et R̄. ad matutinas secundum ordinem nocturnorum hystorie dominicalis : ita tamen quod R̄. feriale non omittatur.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (Exodi j. [15.])

Quod exiit autem rex Egypti obstetricibus Hebreorum : quarum una vocabatur Séphora, áltera Phua, precípiens eis, Quando obstetricábitis Hébreas et partus tempus advénerit : si másculus fúerit interficite illum, si fémina, reserváte. Timuérunt autem obstétrices Deum, et non fecérunt juxta

precéptum regis Egýpti : sed conservábant mares. Quibus ad se accérsitis, rex ait, Quidnam est hoc quod fácere voluístis, ut púeros reservarétis ? Que responderunt, Non sunt Hébreas sicut Egýptie mulíeres. Ipse enim obstetricánda habent sciéntiam : et priúsqvam veniámus ad eas páriunt. Tu autem.

Lectio secunda. [Exod. j. 20.]

Bene ergo fecit Deus obstetricibus et crevit pópulus, confortátusque est nimis. Et quia timuérunt obstétrices Deum : edificávit illis domos. Precépit ergo Phárao omni pópulo suo dicens, Quicquid masculíni sexus natum fúerit, in flumen projícite : quicquid autem femínei reserváte. Egréssus est post hec vir de domo Levi, accépta

uxóre stirpis sue, quas concépit et péperit filium : et videns eum infántem elegántem, abscondit tribus ménsibus. Cumque jam celáre non posset : sumpsit fiscéllam scírpeam,³⁷ et linívit eam bitúmine ac pice, posuítque intus infántulum : et expósuit eum in carécto ripe flúminis, stante procul soróre ejus et consideránte evéntum rei.

Lectio iij. [Exod. ij. 5.]

Ecce autem descendébat filia Pharaónis ut lavarétur in flúmine : et puélla ejus gradiebántur per crepídinem álvei. Que cum vidisset

fiscéllam in papirióne : misit unam e famulábus suis, et allátam apériens, cernénsque in ea párvulum vagiéntem, misérta ejus ait, De infántibus

Hebreórum est hic. Cui soror púeri, vis (inquit) ut vadam et vocem tibi Hébream mulierem, que nutrire possit infántulum ? Respóndit, Vade. Perréxit puélla : et vocávit matrem ejus. Ad quam locúta filia Pharaónis, áccipe ait púerum istum et nutri


michi : ego dabo tibi mercédem tuam. Suscépit múlter et nutrívit púerum : adultúmque trádidit filie Pharaónis. Quem illa adoptávit in locum filii : vocávitque nomen ejus Móyses, dicens, quia de aqua tuli eum. Tu.

[*In laudibus.*]

AS:188; 1519:176v; 1531:108v.³⁸

Ant.

III.iv.




1530.

U-férte * ista hinc di-cit Dómi-nus : et no-lí-te



fá-ce-re domum Pa-tris me- i do-mum ne-go-ci-a-ti-



ó-nis. *Ps.* Benedíctus Dóminus. 56*.

Oratio.

Resta quésumus omnipotens Deus : ut observatiónes sacras annua devotióne recoléntes, et

córpore tibi placeámus et mente. Per Dóminum.

¶ *Ad vesperas.*

AS:188; 1519:177r; 1531:108v.

4982.

Ant.
V.i.



Olvi-te templum hoc * di-cit Dómi-nus : et post tri-



du-um re-e-di-fi-cá-bo il-lud, hoc autem di-cé-bat de



templo córpo-ris su- i. *Ps. Magníficat. 62*.*

Oratio.

Deprecationem nostram quesumus Dómine benignus exáudi : et quibus supplicándi prestas afféc-

tum, tribue defensionis auxiliium. Per Dóminum nostrum.

¶ *Feria tertia.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (Exodi ij. [II.])

IN diébus illis postquam créverat Móyses : egréssus ad fratres suos vidit afflictionem eórum, et virum Egýptium percutientem quendam de Hébreis frátribus suis. Cumque circumspexisset huc atque illuc et nullum adesse vidisset : percússum Egýptium abscondit sábuló. Et egréssus die

áltero : conspéxit duos Hébreos rixántes. Dixítque ei qui faciébat in- [109r.] júriam : Quare percútis próximum tuum ? Qui respóndit, Quis constituit te príncipem et júdicem super nos ? Num occídere tu me vis : sicut occídisti heri Egýptium ? Tímuit Móyses : et ait, Quómodo palam factum est verbum istud ?

Lectio ij. [Exod. ij. 15.]

AUdivitque Phárao sermónem hunc : et querébat occidere Móysen. Qui fúgiens de conspéctu ejus : morátus est in terra Mádián : et sedit juxta púteum. Erant autem

sacerdóti Mádián septem filie, que vénerant ad hauriéndam aquam : et implétis canálibus adaquáre cupiébant greges patris sui. Supervenerunt pastóres : et ejecerunt eas.

Lectio iij. [Exod. ij. 17.]


SUrrexítque Móyses : et defénsis puéllis adaquávit oves eárum. Que cum revertíssent ad Ráguel patrem suum : dixit ad eas, Cur velócius venístis sólito ? Responderunt, Vir Egýptius liberávit nos de manu pastórum : ínsuper et hausit aquam nobíscum, potúmque dedit óvibus. At ille, ubi est inquit ? Quare dimisístis hóminem ? Vocáte

eum, ut cómedat panem. Jurávit ergo Móyses : quod habitáret cum eo. Accepítque Séphoram filiam ejus uxórem, que péperit ei filium : quem vocávit Gersan, dicens, Advena fui in terra aliéna. Alterum vero péperit : quem vocávit Eliézer : dicens, Deus enim patris mei adjútor meus : et erípuit me de manu Pharaónis.

[In laudibus.]


AS:188; 1519:177r; 1531:109r.

Ant.
VII.v.



4525.

Uid me qué-ri-tis * interfí-ce-re hómi-nem qui ve-



ra lo-cú-tus sum vo-bis ? Ps. Benedíctus. 65*.

Oratio.


SAcre nobis quésumus Dómine observatiónis jejúnia, et pie conversatiónis augméntum : et tue

propiciatiónis contínuum prestat auxílium. Per [Dóminum].³⁹


¶ *Ad vesperas.*

AS:188; 1519:177r; 1531:109r.

5275. Ant.
III.iv.



U - num opus * fe-ci et admi-rámi-ni qui- a to-tum



hómi-nem sa-num fe-ci in sábba-to. *Ps. Magnificat.* 58*.

Oratio.

Miserere quésumus Dómine pó- | tiónibus laborántem, propícuis respi-
pulo tuo : et contínuis tribula- | rare concéde. Per [Dóminum].⁴⁰

¶ *Feria iiij.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (*Exodi ij. [23.]*)

Ost multum vero témporis mórtuus est rex Egýpti : et ingemiscéntes filii Israel, propter ópera vociferáti sunt. Ascendítque clamor eórum ad Deum pro opéribus, et audívit gémitum eórum : ac recordátus est féderis quod pepígerat cum Abraham et Ysaac et Jacob. Et respéxit Dóminus filios

Israel : et liberávit eos. Móyses autem pascébat oves Jetro sóceri sui : sacerdotís Má dian. Cunque minásset gregem ad interióra desérti : venit ad montem Dei Oreb. Apparúitque ei Dóminus in flamma ignis de médio rubi : et vidébat quod rubus árderet, et non comburerétur.

Lectio ij. [*Exod. iij. 3.*]

Dixit ergo Móyses, Vadam et vidébo visiónem hanc magnam : quare non comburátur rubus.

Cernens autem Dóminus quod pérgeret ad vidéndum : vocávit eum de médio rubi, et ait, Móyses Móyses.

Qui respóndit, Assum. At ille, ne apprópies inquit huc. Solve calci-
méntum de pédibus tuis : locus enim
in quo stas terra sancta est. Et ait,
Ego sum Deus patris tui, Deus Abra-

ham, et Deus Ysaac, et Deus Jacob.
Abscóndit Móyses fáciem suam : non
enim audébat respícere contra Deum.
Tu autem.

Lectio iiij. [Exod. iiij. 7.]

Cui ait Dóminus, Vidi afflic-
tiónem pópuli mei in Egýpto, et
clamórem ejus audivi, propter durí-
ciam eórum qui presunt opéribus : et
sciens dolórem ejus descénderi ut
liberárem eum de mánibus Egp-
tíórum, et edúcerem de terra illa in
terram bonam et spaciósam : in
terram que fluit lacte et melle, ad loca

Chananéi, et Ethéi, et Amorréi, et
Phereséi, et Evéi, et Jebuséi. Clamor
ergo filiórum Israel venit ad me :
vidíque afflictiónem eórum qua ab
Egýptiis opprimúntur. Sed veni
mittam te ad Pharaónem : ut edúcas
pópulum meum filios Israel de
Egýpto.


[*In laudibus.*]

AS:188; 1519:177r; 1531:109r.⁴¹


Ant.
VIII.i.



Abbi, * quis peccá-vit hic aut pa-réntes e-jus quod



ce-cus na-tus est ? Respóndit Je-sus et di-xit, Neque hic pec-



cá-vit, neque pa-réntes e-jus : sed ut ma-ni-festéntur ópe-ra

4571.



De- i in il-lo. *Ps.* Benedíctus. 68*.

Oratio.

Deus qui et justis prémia
meritórum et peccatóribus per
jejúnium véniam prebes, miserere

supplícibus tuis : ut reátus nostri
conféssio, indulgéntiam váleat perci-
pere delictórum. Per Dóminum.

¶ *Ad vespas.*


AS:188; 1519:177v; 1531:109r.⁴²

3171. Ant.
III.iv.

Lle homo * qui dí-ci-tur Je-sus lu-tum fe-cit ex



spu-to, et li-ní-vit ó-cu-los me-os : et mo-do ví-de-o.



Ps. Magníficat. 58*.

Oratio.

Pateant aures misericórdiae tue
Dómine précibus supplicántium :
[109v.] et ut peténtibus desideráta concédas,

fac eos que tibi sunt plácita⁴³
postuláre. Per Dóminum.

¶ *Feria quinta.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (*Exodi iij. [II.]*)

Quod Ixit Móyses, Quis ego sum
ut vadam ad Pharaónem et
edúcam filios Israel de Egýp-
to ? Qui dixit ei, Ego ero tecum : et
hoc habébis signum quod míserim te.
Cum edúxeris pópulum meum de
Egýpto : immolábis Deo super mon-
tem istum. Ait Móyses ad Deum,
Ecce ego vadam ad filios Israel : et
dicam eis, Deus patrum vestrórum
misit me ad vos. Si díxerint michi

quod est nomen ejus : quid dicam eis ?
Dixit Dóminus ad Móysen, Ego sum
qui sum. Et ait, Sic dices filiis Israel,
Qui est misit me ad vos. Dixítque
íterum Deus ad Móysen, Hec dices
filiis Israel, Dóminus Deus patrum
vestrórum, Deus Abraham et Deus
Ysaac et Deus Jacob misit me ad vos.
Hoc nomen michi est in etérnum : et
hoc memoriále meum in generatióne
et generatióne. Tu.

Lectio secunda. [*Exod. iij. 16.*]

Vade cóngrega senióres Israel : et
dices ad eos, Dóminus Deus
patrum vestrórum apparuit michi :
Deus Abraham, et Deus Ysaac, et
Deus Jacob, dicens, Visitans visitávi
vos et vidi ómnia que accidérunt vobis

in Egýpto : et dixi ut edúcam vos de
afflictióne Egýpti, in terram Cha-
nanéi, et Ethéi, et Amorréi, et
Pherezéi, et Evéi, et Jebuséi ad terram
fluéntem lacte et melle, et áudient
vocem tuam. Tu autem Dómine.

Lectio tertia. [*Exod. iij. 18.*]

Ingredierisque tu et senióres
Israel ad regem Egýpti : et dices
ad eum, Dóminus Deus Hebreórum
vocávit nos, íbimus viam trium
diérum per solitudinem : ut immo-
lémus Dómino Deo nostro. Sed ego
scio quod non dimíttet vos rex Egýpti
ut eátis : nisi per manum válidam.
Exténdam enim manum meam, et


percútiám Egýptum in cunctis
mirábilibus meis : que factúrus sum
in médio eórum. Post hec dimíttet
vos. Dabóque grátiam pópulo huic
coram Egýptiis. Et cum egrediémini
non exíbítis vácuí : sed postulábit
múlter a vícina sua, et ab hópita sua
vasa argénteá et áurea ac vestes,
ponetisque eas super filios et filias

vestras : et spoliábitis Egýptum.
Respóndit Móyses, et ait, Non
credent michi neque áudient vocem

meam : sed dicent, Non appáruit tibi
Dóminus.


[*In laudibus.*]

AS:189; 1519:177v; 1531:109v.

4233. Ant.
VIII.ii.





A-ter * dí-li-git Fí-li- um : et ómni- a demónstrat




e- i que ipse fa-cit. *Ps.* Benedíctus. 68*.


Oratio.


 Resta quésumus omnipotens
Deus, ut quos jejúnia vótiva
cástigant, ipsa quoque sancta devótio

letíficet : ut terrénis afféctibus
mitigátis, facílius celéstia capiámus.
Per Dóminum.


 *Ad vespervas.*

AS:189; 1519:177v; 1531:109v.

4944. Ant.
IV.v.





I-cut Pa-ter * súsci-tat mórtu-os et vi-ví-fi-cat :



sic et Fí-li- us quos vult vi-ví-fi-cat. *Ps.* Magníficat. 60*.

Oratio.

 Opuli tui Deus institútor et
rektor, peccáta quibus impug-

nátur expéllé : ut semper tibi plácitus,
et tuo munímine sit secúrus. Per.

¶ *Feria vj.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio j. (Exod. iv. [2.])

Quod Ixit ergo ad eum Dóminus, Quid est quod tenes in manu tua ? Respondit, Virga. Dixitque Dóminus, Projice illam in terram. Projecit, et versa est in colúbrum : ita ut fúgeret Moyses. Dixitque Dóminus, Exténde manum tuam, et apprehénde caudam ejus. Exténdit et tenuit : versáque est in virgam. Ut credant inquit quod apparúerit tibi Dóminus Deus patrum

tuórum : Deus Abraham, et Deus Ysaac, et Deus Jacob. Dixitque⁴⁴ Dóminus rursum, Mitte manum in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum : prótulit leprósam instar nivis. Retráhe (ait) manum in sinum tuum. Retráxit, et prótulit íterum : et erat símilis carni relíque. Si non crediderint (inquit) tibi neque audierint sermónem signi prióris : credent verbo signi sequéntis.

Lectio ij. [Exod. iv. 9.]

Quod⁴⁵ si nec duóbus quidem his signis crediderint neque audierint vocem tuam, sume aquam flúminis et funde eam super áridam : et quicquid háuseris de flúvio vertétur in sánguinem. Ait Móyses, Obsécro Dómine, non sum éloquens ab heri et nudíustértius : et ex quo locútus es ad servum tuum impeditióriis et tardióriis

lingue sum. Dixit Dóminus ad eum, Quis fecit os hóminis, aut quis fabricátus est mutum et surdum, vidéntem et cecum ? Nonne ego ? Perge ígitur et ego ero in ore tuo : docebóque te quid loquáris. At ille, obsécro (inquit) Dómine : mitte quem missúrus es.⁴⁶

Lectio iij. [Exod. iv. 14.]

[110r.] **I**rátus⁴⁷ Dóminus in Móysen ait : Aaron frater tuus Levítes scio quod elóquens sit : ecce ipse egrediétur in occúrsum tuum, vidénsque te letábitur corde. Lóquere ad eum, et pone verba mea in ore ejus : et ego


ero in ore tuo et in ore illíus, et osténdam vobis quid ágere debeátis. Ipse loquétur pro te ad pópulum et erit os tuum : tu autem eris ei in his que ad Deum pértinent. Virgam quoque hanc sume in manu tua : in

qua facturus es signa. Tu.

[In laudibus.]

AS:189; 1519:178r; 1531:110r.

3603. Ant. L.iii.



A-za- rus * ámi-cus noster dormit : e-á-mus, et a
somno exci-témus e-um. *Ps.* Benedíctus. 52*.

Oratio.

Deus qui ineffábilibus mundum
rénovas sacraméntis, presta
quésumus : ut ecclésia tua etérnis

proficiat institútis, et temporálibus
non destituátur auxiliis. Per
[Dóminum].⁴⁸

¶ *Ad vespas.*

AS:189; 1519:178r; 1531:110r.

2383. Ant. L.iii.



Omi-ne * si hic fu- ísses, Lá-za-rus non esset mor-
tu-us : ecce jam fe-tet : qua-tri-du-á-nus in monu-ménto.
Ps. Magníficat. 53*.

Oratio.


DA quésumus omnipotens Deus :
ut qui infirmitátis nostre cóncscii
de tua virtúte confidimus, sub tua

semper protectióne gaudeámus. Per
Dóminum.

¶ *Sabbato.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (Exod. iv. [18.])

 **A**Biit⁴⁹ Móyses et reversus est
ad Jethro sócerum suum :
dixítque ei, Vadam et
revértar ad fratres meos in Egýptum
ut vídeam si adhuc vivant. Cui ait
Jethro, Vade in pace. Dixit ergo
Dóminus ad Móysen in Má dian, Vade

et revértere in Egýptum : mórtui
enim sunt omnes qui querébant
ánimam tuam. Tulit Moyses uxórem
suam et filios suos, et impósuit eos
super ásinum : reversúsque est in
Egýptum portans virgam Dei in manu
sua. Tu autem.

Lectio ij. [Exod. iv. 21.]

DIxítque⁵⁰ ei Dóminus reverténti
in Egýptum, Vide ut ómnia
osténta que pósui in manu tua : fácias
coram Pharaóne. Ego indurábo cor
ejus : et non dimíttet pópulum.
Dicésque ad eum, Hec dicit Dóminus,

Fílius primogénitus meus Israel. Dixi
tibi, Dimítte filium meum ut sérviat
michi : et noluísti dimítttere eum.
Ecce ego interfíciam filium tuum
primogénitum.

Lectio iij. [Exod. iv. 24.]

Unque esset in itínere in
diversório : occúrrit ei Dóminus
et volébat occídere eum. Tulit illico
Séphora acutíssimam petram, et
circuncídít prepútium filii sui :
tetigitque pedes suos, et ait, Sponsus
sánguinum tu michi es. Et dimísit
eum postquam díxerat : Sponsus

sánguinum tu michi es, ob
circuncisiónem.⁵¹ Dixit autem
Dóminus ad Aaron, Vade in
occúrsum Móysi : in desértum. Qui
perréxit ei óbviám in montem Dei : et
osculátus est eum. Narravítque
Móyses Aaron, ómnia verba Dómini,
pro quibus míserat eum : et signa que


mandáverat. Venerúntque simul : et congregavérunt cunctos senióres filiórum Israel. Loquutúsque est eis Aaron ómnia verba que díxerat Dóminus ad Moysen : et fecit signa

coram pópulo, et crédidit pópulus, audierúntque quod visitásset Dóminus filios Israel, et quod respexísset afflictiónem eórum : et proni adoravérunt. Tu autem.

[*In laudibus.*]

AS:189; 1519:178r; 1531:110r.⁵²

2592. Ant. VIII.i.



- go sum * lux mundi, qui séqui-tur me non ámbu-
lat in té- nebris : sed ha-bé-bit lumen vi-te di-cit
Dómi-nus. *Ps.* Benedictus. 68*.

Oratio.

Fiat quésumus Dómine per grátiam tuam fructuósus nostre devotiónis afféctus : quia tunc nobis

prodérunt suscépta jejúnia, si tue sint plácita pietáti. Per Dóminum.

¶ *Ab hac die usque ad crastinum octavarum pasche : nichil fiat de festis ix. lectionum, nisi solummodo de festis duplicibus, et hoc usque ad cenam Domini tantum. Si aliquod duplex festum in hoc sabbato vel in sabbato sequente contigerit⁵³ : vespere fiant de dominica, et solennis memoria de festo.*

Notes, pages 1021-1058.

¹ SB:dclxxxi.

² SB:dclxxxi.

³ SB:dclxxxiii.

⁴ SB:dclxxxiii.


⁵ SB:dclxxxiii. has 'David et Cedde'.

⁶ SB:dclxxxv.

⁷ SB:dclxxxv.

⁸ SB:dclxxxv.

⁹ BL-52359:121v. omits the final AG of 'Veníte'. In 1519:172r. 'Veníte adorémus' is set thus:



¹⁰ 1519:172r.

¹¹ SB:dclxxxvii.

¹² 1531:106v. has 'gémítum eórum audivi'. In BL-52359:122r. 'descénde' is set AG.AB.A; 'Egýptum' is set AG.AAGA.AGGEFE; 'non vult' is set F EF; 'manu' is set FGA.ABGFAG. BL-52359:122r. has no flats.

¹³ In 1519:173r. 'oves' is set FGEFEDE.ED; 'Móysi' is set DC.DED.CDCA.

¹⁴ 'montem', 1519:173r.

¹⁵ 'ebetescunt' *Chevallon*. [SB:dclxxxix.]

¹⁶ In 1519:173r. 'colúmna' is set D.EDEd.CB. In BL-52359:122v. 'eórum' is set A.ABCBAB.BA; 'et misit' is set CDCCB CD.D.

¹⁷ In 1519:173v. 'Cantémus' is set GAg.AFGAGA.AG. In BL-52359:112v. 'Dómino' is set A.GACBAB.BA; the second 'et' is set CC.

¹⁸ In AS:184 'jejunávit' is set CB.C.DED.CCDC. In 1519:173v. 'jejunávit' is set CB.C.DEDCCDC.C. The edition follows BL-52359:123r. here.

¹⁹ 1519:174r.

²⁰ *Bede Homilie Quadragesimales Dominica iv. Quadragesime, Opera vii, 258.* [SB:dcxciii.]

²¹ In AS:184. 'ejus' is set AGAG.GF. In BL-52359:123r. 'Spléndida facta' is set DGFGA.G.G GA.G; 'vidéntes' is set CCA.CD.D; 'claritátem vultus' is set F.F.ABA.AG C.CBCBAG. BL-52359:123r. has 'lapídiás'.

²² AS:184 and 1519:174r. have the subjunctive 'precédát' rather than the future 'precédet'. In 1519:174r. '†Obsérva' begins on B. This error is corrected to D at the later repetition. In 1519:174r. '†Obsérva' continues DAG.A; 'inimícis' is set FFF.FD.FE.FA; 'et' of 'et precédet' et is set Fe. BL-52359:123v. has no flats; 'te ángelus' is set FFF FF.FD.F.

²³ In BL-52359:123v. 'corde' is set FGAB[*j*].G; 'lac et' is set G DEF.

²⁴ In BL-52359:123v. 'aurem' is set G.GA.

- ²⁵ In BL-52359:123v. 'sacrificium' is set D.D.D.B.DE.
- ²⁶ In BL-52359:124r. 'príncipibus' is set A.G.G.G.
- ²⁷ 1519:175v.
- ²⁸ In BL-52359:124r. 'sequebátur' is set F.GA.A.A; 'Judeórum' is set FE.FGF.D.D.
- ²⁹ In BL-522359:124r. 'ibi' is set D.C.
- ³⁰ In BL-52359:124r. 'egisset distribut' is set AB_b.AB_bA.A FG.A.G.FE.
- ³¹ In BL-52359:124r. 'píscibus' is set F.GA.G.
- ³² 'fratres karíssimi', 1519:176r.
- ³³ The \mathfrak{V} . 'Glória Patri' does not appear in AS:187. In the \mathfrak{V} . at 'ádipe' and in the 'Glória Patri' at 'et', 1519:176v. maintains the flat key-signature.
- ³⁴ 'Hymnus. Ecce nunc tempus.' *Chev.* [SB:dcxcvii.]
- ³⁵ 1519:176v.
- ³⁶ In 1519:176v. 'glorificábant' is set FGA.G.F.F.FE.
- ³⁷ 'círpeam' *Chev.* [SB:dcxcviii.]
- ³⁸ In 1519:176v. and BL-52359:125r. 'fácere' is set G.AB.AG. In BL-52359:125r. 'mei' is set GFD.ED.
- ³⁹ 1519:177r.
- ⁴⁰ 1519:177r.
- ⁴¹ In 1519:177r. 'ejus' is set CBB.G. In BL-52359:125v. 'peccávit hic' is ste A.C.D. C.
- ⁴² In 1519:177v. 'sputo' is set G.F. In AS:188 'et linívit' is set G G.AB.A.
- ⁴³ 'plácita sunt', 1531:109v. 'sunt plácita', *The Sarum Missal*:82. See also the prayer for the tenth Sunday after Trinity.
- ⁴⁴ At this point *Legend*-1518:108v. begins lesson 2.
- ⁴⁵ At this point *Legend*-1518:108v. begins lesson 3.
- ⁴⁶ At this point *Legend*-1518:108v. concludes lesson 3.
- ⁴⁷ At this point *Legend*-1518:108v. begins lesson 1 of Saturday.
- ⁴⁸ 1519:178r.
- ⁴⁹ At this point *Legend*-1518:108v. begins lesson 2.
- ⁵⁰ At this point *Legend*-1518:109r. begins lesson 3.
- ⁵¹ At this point *Legend*-1518:109r. concludes lesson 3.
- ⁵² In BL-52359:1126r. 'mundi' is set C.BCAAG; 'séquitur' is set AB.G.A; no neume appears for 'in'.
- ⁵³ 'vel in proximo sabbato contigerit'. 1519:178r.